

THESIS V.

*Viduae sacerdotum & Levitarum
prius redimebantur ex captivitate
ut & prius alebantur ac vestie-
bantur quam viduae aliae.*

§. 1.

Si Sacerdotes & Levitæ essent in captivitatem ducti prius redimebantur quam aliae personæ; sicut etiam si devoluti ad egestatem essent, prius illis de victu & amictu prospiciebatur, quam aliis. Ita edocemur a *Majmonide* in libro *de donis pauperum* c. 8. §. 18.

§. 2.

Idem jus etiam ad Sacerdotum & Levitarum viduas devolvebatur, quæ itidem ex hujusmodi vitæ calamitatibus prius quam aliae viduæ eripiebantur.